Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



dissé populo iudaeorū nulli dubiū est. ppē
sacerdotes enim & principes & prophetas
adduxit dnūs super eos malū. sed & in mnrā hie
rusalem hoc saepe conspicimus. qui iuxta
septuaginta devorant animas inpotentia
& pmiū accipiunt. ut multas viduas faciant
quae sponsū dnūm pdiderunt; horum aū
pphetarū factio est & coniuratio. ut inui
cem sui fautores sint. & omā turpis lucri
causa faciant. sacerdotes qui presules tem
pli esse deberent & ex quorū ore notitia
legis inquirtur violant scūaria. Nullamq;
int scm & prophanū nisi pecuniae habent
distantiā. auertunt oculos a sabbatis &
di requiē quae in notitia scripturarū est
non recogitant. nec dicunt cum pphēta.
Reuela oculos meos & considerabo mi
rabilia de lege tua. Neq; illud apostō
li. nos aū omnes reuelata facie gloriā dni
contemplamur. inter tales prophetas
& sacerdotes medius dnūs inquinatur. De
quo scriptū est. medius inter uos stat quē
uos ignoratis. prophetae igitur siue duces